

**Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**

**Salisburgi, 1693**

5. De Conditionibus appositis in desponsatione vel aliis contractibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

¶. Licer de jure civili uxoribus dubitan-  
bus de morte mariti concedatur licentia  
ad alias nuptias transeundi, si maritus ultra  
spatum 5. annorum absuerit, ut aperte con-  
stat. *ex L. uxores. 9. ff. de Divort.* Aliud  
tamen de Jure Canon. constitutum est, ut  
fulcet post quanticunque temporis absentia-  
tum non aliter permittatur conjux praesens  
a seculis nuptias transfire, quam si certum  
nuntium de morte absentis acceperit, text.  
*i. impresentia. 19. de Spensa.* neque nomi-  
nati certi nuntii intelligendus est unus testis,  
aut tama de morte conjugis, ut quidam vol-  
lent apud Barb. in eod. cap. 19. n. 3. sed il-  
lud verbum nuntium accipendum est in  
neutro genere, ut significet certam proba-  
tionem & denuntiationem, cui in judicio  
habet adhiberi possit: cum enim per transi-  
tum ad secundas nuptias possit conjugi ab-  
senti & forsan adhuc viventi grave praeju-  
dicium fieri, non est equum, ut hic transi-  
tus concedatur, nisi plena probatio de mor-  
te proferatur: interima tamen, quia ex parte  
prudentis potest esse periculum incontinen-  
tia, aliaeque iusta cause, ex quibus ad se-  
cundas nuptias urgeatur, & alias noti juris  
est, quod ob difficultatem probations im-  
perfecte admittantur, per text. & DD. in  
*L. nov. omnes. 5. §. a barbaris. 16. ff. de Re*  
*militari.* ideo etiam moralis certitudo de  
morte conjugis absentis sufficit, cui nimi-  
rum arbitrio judicis & prudentis viri ratio-  
nabiliter credi possit, quamvis absolute in-  
fallibilis non sit: unde sufficiet, si cum uno  
testi fama, aliave circumstantiae concurrant,  
ut quia absentia est diuturna, & ablesus fuit  
deinde vel morbis confectus, in periculo bel-  
li, latronum, naufragii, vel perils confic-  
tus, post diligentem & longam inquisitio-  
nem nullibi repertus. Ad maiorem tamen  
cautelam usus judiciorum obtinuit, ut quan-  
do rationabile dubium fubest de morte pri-

oris conjugis, licentia transeundi ad secun-  
das nuptias a judice Ecclesiastico petatur, qui,  
si probationes minus perfectae sint, solet ju-  
ramentum conjugi, quod vitam alterius  
conjugis nec sciat, nec credat, deferre: quod  
si de facto ante certum nuntium secundum  
matrimonium contractum sit, ejus valor erit  
in suspendo, usque dum de rei veritate ap-  
pareat.

Circa usum autem talis matrimonii ge-  
neralis quæstio mouetur a DD. an & quan-  
do sit licitus, si dubitetur de valore matri-  
monii? ¶. tres casus esse distinguendos. I.  
Si utrique conjugi saltem probabiliter con-  
stet de impedimento, aut uterque rationa-  
biliter dubitet, usus matrimonii ex neutra  
parte licitus erit. II. si unus sciat impedimen-  
tum, aut rationabiliter dubitet, sciens nec  
exigere nec reddere; qui vero dubitat, is ex  
sua parte debitum quidem exigere non po-  
test, alteri tamen parti in bona fide existen-  
ti, & nihil dubitanti, si petat, reddere te-  
nebitur, quâ de re alibi plura dicuntur. III.  
Si nec ad sit scientia impedimenti, nec ratio-  
nable dubium, sed tantum scrupulus & le-  
vis anxietas, ad consilium Episcopi, Paro-  
chi vel Confessarii deponenda erit, & licitus  
utrinque sequetur matrimonii usus, sicut  
hac de re fuit textus valde notabilis in c. li-  
teras. 13. de Restit. spol. c. 2. de Secund. nupt.  
& c. inquisitioni. de Sentent. excommun.

## TITULUS V.

### De Conditionibus appo- sitis in desponsatione, vel aliis contractibus.

#### S U M M A R I A.

1. *Condition, Modus, Demonstratio, causa.*
2. *Quid sit Condition?*
3. *Quid Modus?*
4. *Differentia Modi & conditionis.*

Q 42 99 3

5. *Quid*

5. Quid sit Demonstratio?
6. Quid causa?
7. Conditio vel Modus contra substantiam matrimonij illud annulat.
8. Conditio & Modus turpis vel impossibilis habentur pro non adiecta.
9. Trii bona substantia matrimonii.
10. An conditio contra bona matrimonii, sed honesta matrimonium invalidet?
11. Resolutio argumentum contrarium.
12. Conditio vel modus impossibilis joci causa adiecta presumitur.
13. Sed hec presumptio est tantum juris.
14. Conditions turpis ac preterito non invalidant matrimonium.
15. An sponsalia invalidentur per adiectionem conditio turpis vel impossibilis.
16. Sponsalia consanguineorum sub conditione, si ipsa dispensaverit, contractu valent.
17. Resolutio argumentum contrarium.
18. Quando Parochi & testium presentia requiratur ad matrimonium conditionatum.
19. Sponsi utentes copulam non videlicet recedere a conditione apposita.
20. Causa & Demonstratio qualisunque semper habetur pro non adiecta.

**S**icut omnes contractus non tantum purè & absolute, sed etiam conditionate iniri possunt, ita quoque sponsalia & matrimonium; quia vero hodie quando post Concil. Trid. matrimonium coram parocho & testibus contrahi debet, inauditum est, id sub conditione contrahi, ideo premitimus plurimas difficultates, quas fuse tractat Sanch. de Matrim. toto lib. s. & aliqua tantum, quae ad intellectum Canonum & praxin maximè circa sponsalia conditionata deservire possunt, attingemus.

1. Præsuppono sponsalibus posse aliud adiici, vel ut conditionem, vel ut modum, vel ut demonstrationem, vel ut causam, quæ omnino inter se differunt.

2. Nam conditio est, cum aliquid adjicatur suspendens contractum, nec partes ante illius eventum obligari volunt, & explicatur per particulari si, v. g. ducam te, si mille ducatur in datus.

Modus est adiectio oneris, ad quod vel contractum volumus alterum obligare, & ordinariè exprimitur per conjunctionem, ut, v. g. duc te, ut mecum mercamenta erces. Differt à conditione, quod modus non suspendat obligationem principalem, sed habeat suam obligationem propria, ad quam implendam alter cautionem prestare debet, & si fortassis non premitur, non statim propterea irriatum est matrimonium, cum principalis obligatio absens sit, sed per judicem ad implendum modum compelli debet.

Si dubitetur, an adiectio sit conditionem modus, quia contrahentes usi sunt vel dubius, attendendum erit, an non possint voluerint ratam obligationem, quam si adiectio expletatur, & erit conditio, si vero non voluerint ratam obligationem, & post primum alterum gravatum ad aliquod finendum, erit modus, sicut docet Bartolus in L. quibus diebus, 40. ff. de Conditionibus & demonstrationibus.

Demonstratio est, quando significatur aliqua qualitas in contrahentibus, & explicatur per relativum aut dictionam implicatam aliquam qualitatem, v. g. datus, que de tali stemmate es, &c.

Causa demum illa dicitur, que datur per dictionam Quia, & indicat matrimonium, seu causam contractus, v. g. datus, quia dives es, &c. His præsupponit.

Queritur I. Quid juris, si matrimonio conditionem vel modum adjicatur naturaliter vel civiliter impossibilis, id est, ut partetur, vel (cum contra bonos mores) per leges licet impleri nequeat, ut si ceteris tetricis, si partem, si inimicum meum obcideris, &c.

De Jure Civili distinguuntur inter ceteros & ultimas voluntates, sive testamenti, si de hujusmodi conditionibus agatur.

contractibus conditio impossibilis statim ab inicio vitiat contractum, quasi non censeantur habere animam contrahendi, qui conditionem impossibilem adseciunt, *L. non solum. 31. ff. de Obligationibus & actionibus. L. impossibilis. 7. ff. de Verborum obligationibus.* Modus autem impossibilis vel contra bonos mores non vitiat contractum, sed vitiat, & pro non adjecto habetur, v. g. dono tibi equum, ut coelum aſcendas; ut horreñus fias, &c. sicut ex communi docet *Medina de Justit. & Jur. tom. 1. tract. 2. 11. 28. §. impossibilis.* At vero in testamentis & ultimis voluntatibus conditio & modus impossibilis pro non scriptis habentur, propter singularem favorem ultimarum voluntatum, ut potius sustineantur, quam perirent, *§. impossibilis. 18. Institut. de Hereditibus instituendis.*

Circa matrimonia hujus questionis decisio habetur *c. altimo. b. tit.* ubi distinguitur: an tales conditions sint contra substantiam matrimonij, vel an aliunde sint turpes, aut impossibilis? Priori casu dicitur esse nullum matrimonium sub tali conditione contractum, posteriori vero valere matrimonium & propter ejus favorem, sicut in testamentis conditionem haberi pro non adjecta. Ad hoc autem ut sciatur, quando conditio sit contra substantiam matrimonij, advertendum est secundum *Gl. in eod. cap. 11. in V. contra substantiam, tria esse bona conjugij, nimirum bonum fidei, bonum prolixi, & bonum sacramenti. c. omne. 10. caus. 27. q. 1.* Si jam conditio uni ex illis adverferetur, dicitur contra substantiam matrimonij. *Bono prolixi adverferatur conditio: si generationem prolixi evitaveris, si venena sterilitatis sumperis, &c. Bono fidei, si te adulterandam dederis pro quaſſu. Bono sacramento, quod matrimonium facit inseparabile, si dicas: conditio.*

traho tecum, donec aliam inveniam honore & opibus diiorem, prout ista exempla ponuntur in d. c. fin. eod.

*Quaritur* II. An idem dicendum sit, si conditio adjecta adverferetur quidem bonis matrimonij, sed sit honesta, v. g. contra te, si mecum in perpetua castitate vivere velis? Pro affirmativa facit, quod dicta bona matrimonij non sint necessaria in executione, alias sterilitas vel adulterium semper disolventer matrimonium, quia deficeret bonum prolixi & fidei conjugalis. Item *B. Virgo & D. Josephus* videntur non potuisse aliter, quam hoc modo contraxisse, cum jam prius votum castitatis emiserint, & hanc sententiam probabilem dicit *Sanch. 1. 5. de Matrim. d. 10. n. 5.* Contrariam tamē probabilem existimamus cum eodem *Sanch.* quamvis enim dicta bona matrimonij non sint necessaria in executione, & matrimonium esse possit sine copula, debent tamen esse in obligatione: & mutua corporum traditio saltem quoad obligationem est de substantia matrimonii, sine qua matrimonium perfectum dici non potest: est enim matrimonium viri & mulieris conjunctio, non qualisunque, sed ordinata ad copulam, alias inter fratrem & sororem matrimonium dici deberet. De matrimonio *B. Virg.* dicendum est, non habuisse talem conditionem, sed fuisse simplex contra dictum, quamvis neuter ex desponsatis habuerit intentionem utendi copulā: nam obligatio bene potest confidere sine executione, & cum proposito intermittendae executionis, prasertim quando per DEI revelationem notificatum est, nunquam ab altera parte executionem petendam, obligationem enim & executionem diversa esse nemo dubitavit, atque in hunc sensu non obscure de matrimonio *B. Virginis* loquitur *August. in c. 3. causa 27. q. 2.*

*Quaritur*

12. *Queritur* III. An & quando matrimoniū censemādū sit adiectā conditōne turpi vel impossibili, si aliquis reverā non aliter, quam sub tali conditōne se obligare intenderit?

Omnēs DD. laborant, quo sensu Pontificis poruerit, vel voluerit conditōnes turpes vel impossibilēs à matrimonii rejcere, & matrimonium pro simpliciter contracto habere, cū tamē jure naturā consensū ad matrimonium requiratur & sine consensū matrimonium esse non posse, non intelligitur autem consentire, qui noluit se obligare nisi sub conditōne turpi aut impossibili, juxta text. apertum in L. non solum. 31. ff. de *Obligationibus & Actionibus*. Breviter dicendum S. Pontificis in illo c. final. inducere præsumptiōnem, quād scilicet quilibet prælumatur in contrahendo matrimonio, quoad negotiū principale seriō agere & obligationem suam pure facere propter reverentiam sacramenti; conditōni autem impossibili, vel joci causā vel ut modū (qui per superius dicta, si impossibilis sit, non obligat) adjicere, & cū dubium sit, an faciens conditōnē impossibilem habuerit seriā intentionē vel contrahendi matrimonium, vel ponendi conditōnē, jura in tali dubio pro favore matrimonii præsumunt.

13. *Queritur* IV. *Ar hæc præsumptiō sit & juris & jure, ita ut nulla probatio in contrarium admittatur; ut, qui reverā non consenserit, nisi sub conditōne, nihilominus pro consentiente habendus sit?*

Et. *Et* præsumptiōnē *juris tantum*, adeoque cedere veritati & aliis probatiōnibus, ac fortioribus præsumptiōnibus elidi posse. *Unde non rejcetur conditio, sed potius matrimonium censemētur esse nullū, si ex variis qualitatibus & circumstantiis, qualitate, affectu & interesse contrahentium colligi possit, quād vel idēo condi-*

tionem impossibilem adjeccerit, quād modo obligari voluerint, ut si nobilitat rustico, contraho tecum, si monasterium in dotem dederis; vel reverā nōiter, quād expletā conditōne turpi, utrū reticus dicat Catholicē, contraho nō si Lutherana fias. Item si conditio nō sit simpliciter impossibilis, v.g. supponi, quād credebatur dives, dicatur, contraho tecum, si mille in dotem dederis, nō posse præsumi conditōnē tantum posse adjeclam est. Præterea etiam conditōnes turpes de præterito, ut si patrem occidi ex communi sententia non rejcione, cū enim non amplius invitent ad delendum, sed jam supponantur ex tūtissime, hoc respectu turpes consende. *Civ. de Matrim. p. 2. c. 3. f. 2. n. 3.*

*Queritur* V. *An sicut in matrimonio ita etiam in sponsaliis defuturo conditōnes turpes aut impossibilēs rejcuntur?* Sponsalia pro absolute contractus habentur. Affirmativa communis est apud Sanc. lib. 5. diff. 17. num. 2. eo quād futor matrimonii videatur etiam ad sponsaliis extendens, utpote quās sunt via ad matrimonium. Negativa tamen, quam reverā fias, h. c. num. 22. videatur multi arguē probabilior, quā c. fin. cod. ttt. tantum quātus de matrimonio, sed ubi agere de stringenda libertate matrimonii & inducenda obligatione, non est facile obligari tendenda.

Accedit, quād c. fin. sit correccio *juris Communis*, de quo in contradiictiōnē conditōnes impossibilēs non rejcuntur, cū tamen contractum, L. non solum 31. ff. de *Obligation. & action.* Correcio *juris* est stricte accipienda. L. præcept. 32. in fin. *Cod. de Appell.* *Unde tamen infero, si aliquis dicat: promitto nō matrimonium, si mecum, concubus;*

utali scelere juveris, talem non obligari, nisi  
actu concubitus, vel scelere.

*Queritur VI.* an valeant sponsalia vel  
matrimonium contractum inter consanguineos  
sob conditione; si *Papa dispensaverit*, adeoque an pendente tali conditione al-  
terutra pars resilire & cum alio contrahere  
rueat, vel dispensatione obtentā novus con-  
densus requiratur? Negant non pauci cum  
*Syn. Verb. Matrim. 3. q. 9.* conditio enim,  
quae depender ex principiis voluntate, in-  
quunt, est impossibilis, quia ordinario jure  
tempore non potest, *per text. in L. continuus.*  
*op. 3. cum quis & L. inter stipulantem.*  
*1.4. sacram ff. de Verb. oblv.* Si ergo ta-  
li conditio; si *Papa dispensaverit*, ta-  
lam impossibilis rejiciatur, utpote depen-  
siones ex Principiis voluntate, sponsalia vel  
matrimonium valere non poterunt, quia ab-  
solute consanguinei ad contrahendum inha-  
biles sunt.

Nihilominus dicendum est, non esse con-  
ditionem impossibilem & consequenter vale-  
re contractum, dummodo ponatur casus, in  
quo Pontifex solet dispensare, si nimis  
consanguinei non sint in gradu valde pro-  
porquo, & si nul habent justam causam pen-  
dendi dispensationem: quod enim frequen-  
ter, & quoride fieri solet, non est impossi-  
ble, sed dispensationes inter consanguineos  
quodippe impetrari solent, ergo, &c.

Ad argumentum contrarium *q.* conditio-  
nem, que depender a principiis voluntate,  
reputari impossibilem, quando princeps id  
concedere non solet, nisi de extraordinaria  
potestate & rarissimis in casibus &c.  
Præterea promittens fæmina matrimonium  
sob conditione: si *Papa dispensaverit*, tene-  
tur insuper hanc dispensationem impetrare,  
quia qui obligatur ad principale, obligatur  
etiam ad accelerium, sine quo principale  
haberi non potest. *Sanch. d. lib. 5. n. 12. & 36.*

ENCL IN DECRET. LIBER IV.

*Queritur VII.* Si hodie post Trid. con-  
traheretur matrimonium conditionatum,  
quandom parochus vel testes intervenire  
deberent, an tempore contractus vel post  
quam conditio extiterit?

*R.* Utroque tempore, etenim si non inter-  
venirent tempore contractus, dicerentur  
tantum sponsalia de futuro, non matrimo-  
nium, quia, ut saepe dictum, nullum hodie  
post Trid. est matrimonium sine parochi &  
testium præfæctio. Tempore vero existen-  
tis conditionis, nisi intervenirent parochus  
& testes, non possent in foro externo testari,  
matrimonium verè & substantialiter con-  
tractum esse, sed tantum fuisse contractum  
inchoatum, pendente, & adhuc solubi-  
le, quod utique intentioni Trid. adverfa-  
tur, quod ideo parochum & testes requisi-  
vit, ut de matrimonio in foro externo ad  
multa incommoda evitanda testificari va-  
leant. Sufficit autem, ut ipsi contrahentes  
coram parochio & testibus affirment, condi-  
tionem esse impletam, nam hoc ipso satis  
intelliguntur purificare contractum, licet  
parochus vel testes per se conditionem im-  
pletam non viderint, telle *Laym. de Ma-*  
*trim. p. 2. n. 24.* qui tamen putat sufficere,  
ut tempore contractus præsentia parochi &  
testium accedit.

*Queritur VIII.* An hodie post Conc. Trid. 19  
si contrahentes post sponsalia conditionata  
utantur copulæ carnali pendente conditione,  
censeantur per hoc à conditione recessisse, &  
sponsalia purè contraxisse? Licet ante Conc.  
certum fuerit, quod copula accedens sponsa-  
libus tantam vim habuerit, ut non solum  
conditionem a sponsalibus sustulerit, sed eti-  
am verum consensum de præsenti & ma-  
trimonium induixerit, quia præsumptione  
*juris & de jure*, contra quam non admittet-  
batur probatio in contrarium, sponsus non  
præsumebatur alio, quam affectu maritali

Rer. 11 suam

suam sponsam cognovisse. *c. is*, qui fidem.  
30. *de sponsal. c. per tuas. b. b. t.* Attamen hoc post Concil. Trid. quando matrimonium sine parocho & testibus non subficit, certum quidem est, quod sola carnalis copula non habeat amplius vim efficiendi matrimonium; an vero partes presumantur, salem a conditione appolita recessisse, dubitatur? Id aliqui satis probabiliter affirmant, eodem quod in hac parte Trid. nil mutaverit, aequaliter sub constitutione Juris veteris reliquerit. *Zyppus Consultat. Canon. lib. 4. consult. 1.*

Negativam docet Sanch. *lib. 1. diffut. 26. num. 12.* Fundamentum est, quod hodie post Trid. cesset ratio legis, quae olim presumebat recessum a conditione per copulam: quia olim illa presumptio oriebatur, ne Ecclesia presumaret delictum fornicationis, presumptis copulam factam afferet matrimoniali, & consensum de presenti, quod hodie post Trid. non potest amplius fieri, cum solus consensus de presenti non sufficiat ad matrimonium, ut diximus. Si tamen ex tali copula sponsa grave damnum incurrit, ut quia esset imprægnata, diffamata, & inde difficilis nuptura, æquitas suaderet, tale damnum per matrimonium compensari, & priorem sententiam ampliet. Pro cuius confirmatione forsitan non incongruè dici posset, quod illa presumptio juris de copula conjugali non fuerit ratio adæquata Canonis tollentis conditionem, sed etiam æquitas, ut damnum copulae per matrimonium compensetur, & alia presumptio, quod non facile feminina consensura sit in copulam, nisi sub certa ipse matrimonium, quæ certitudo firmatur rejecta conditione.

*Queritur IX.* An, quod hactenus de *20. consimilibus* dictum est, id etiam procedat, si demonstratio vel causa turpis, impossibili: aut falsa adjiciatur, v. g. contraho-

cum, quia sterilis es, quia nobilis, & tamen non sit. *de Demonstratione veritatem per se sumptam non quidem supponit, vel vitiare matrimonium, five fit tempore contra substantiam matrimonii, hoc est, sed potius haberi pro non adesse, art. 33. ff. de Condition. & demonstratio tamen falsa causa vel demonstratio non errorum, & error nonnumquam facit cere consensum, & consequenter matrimonium, ideo hic observanda erat, quia pro Tit. IV. de Errore dicta fuit.*

## TITULUS VI.

*Qui Clerici vel Voventia Matrimonium contrahere possunt,*

*§. I.*

*De Voto.*

### SUMMARIA.

1. *Quid & quotplex sit Votum?*
2. *Tantum verum fidei iniuria matrimonium?*
3. *Votum simplex contracto matrimonio impedit actionem debiti.*
4. *Quid de voto ingrediendi religione?*

*C*onstat votum castitatis aliud aliud complex, aliud fidei, nominum qualiter Religione ab Ecclesiâ approbatur, et in votis Ordinibus clericis habetur, etiam si multandi sunt contrahentes, non men propter eam annulatur, ut clare datur est in *c. unico. de Voto. m. 6.*

Licet autem matrimonium cum votum complexi castitatis contra factum valeat, votum non expirat, sed adhuc obligatur coventis, in quantum ab eo servari posse